



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP. IN CANT. CAN. CA. VII.

Ergo tu o Sunamitis, o filia principis, corde & corpore es casta, mente & carne integra & incorrupta, cogitatione & opere munda. Vt autem perficiatur ista laus, dicendum, quia locutione quoque utilis es atque pudica. Hoc est, quod nunc dico ego dilectus tuus.

¶ Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs.

Ioan. 7.

¶ Venter tuus, uenter interioris hominis, iuxta quod quodam loco dixi, qui credit in me, sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aquae uiuae, ipse est sicut aceruus tritici, id est, nunquam indiget pane uerbi dei, imo abundat omni tritico quodcumque seminauerunt alij. Illuc illatum est omne, quod prophetarum fides elaborauit, Exempli gratia, ut Esaias qui dixit: Et accessi ad prophetissam & concepit & peperit filium. Tu enim o dilecta, tu es illa prophetissa, ad quam accessit omnis sanctus et fidelis propheta, ad quam tendebat, & in qua completa est omnis sancta et fidelis prophetia. Hinc uenter tuus sicut aceruus tritici, quod uidelicet triticum prudenter congregasti, meditando in scripturis, sicut dictum est quodam in loco: Maria autem conseruabat omnia uerba haec, conferens in corde suo.

Esa. 8.

Lucas, 10

¶ Huiusmodi aceruus bene est uallatus lilijs, quapropter pulchritudo castitatis, sicut claritudine sensus ad intelligendum scripturas efficit, ita & auctoritatem parat omni homini ut dignus sit foris eloqui ea, quae intus reposuit uel contulit, uerba dei, triticum domini.

¶ Duo ubera tua sicut duo hinnuli capre